Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36815
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

confecta. & uestrarum precipue regionum sollicitudi
ne congrue preuenimus sine difficultate medicina.
Quo nos uultis descendere ultra? Quid tacetis? Quid
uerecundamini uerbis exprimere. qd corde gestatis?
Ipsa uos saltem uerecundia quam iniquum sit de
bute commonere. An forsitan ut hereticorum dampnato
rum q; & his t eorum successoribus communicantium
nomina consentiamus admitti? Hoc non est condes
cendere ad subueniendum. sed euidenter in inferna
di mergi. Sarcite queso & nobis & uobis. Qd sicuram
uri adeo non habetis. date uenia. Vobis dolere uel
flere possumus & debemus. in hec abrupta deduci nec
possumus nec debemus. quia prestante do nostro sin
ceram puramq; paterne traditionis fide communio
neq; retinere. & ab omni preuaricatorum contagione dis
cretam etiam intentato piculo mortis optamus. eligen
tes si uelit ds hic quelibet illa ppeti. quam causas inci
dere dampnationis eterne. Date inquam ueniam sicut
uos ppter amorem cuiuslibet hominis uel timorem hec
libenter incurritis. nos propter amorem di & timorem ge
henne talia refutamus. Hec uos credatis dissimulan
do causas atq; psonas quibus libet amticis posse surri
pere. quia neq; uos ita subtiles estis qui non possitis intelli
gi. & nos prestante do nro non repertis in cautos. Nonne
huc missis sepe litteris indicastis. cum ceteris hereticis suo
rum auticem quoq; respuere? Hoc siuerum est. aut eos qui com
municauerunt auticetis successoribus partter abdicate.
aut alios quoq; hereticorum successoribus communicantes
admittite. Sed acutius inquis nichil contra fide sicut
autices & successores eius legitur ubicuq; dixisse. quasi non sit
deterius & non ignorasse ueritate. & tamen communi
casse ueritatis inimicis. Si aliquis recte sapiens de fide
catholica communicet illis hereticis int quos eutice
te posuistis uel successoribus eorum non est fas: eum inter